

terita moderna ferè ea fingentes & somniantes: imò cum *Tacit. lib. 14. annal. c. 20.* exclamant, abolitos paulatim patrios mores, funditus everti per avitam lasciviam; ut, quod usquã corrum-
pi & corrumpere queat, in urbe visatur, degene-
retq; studiis externis juvenus, gymnasia, & o-
tia, & turpes amores exercendo.

18. Quibus, si de inutilibus & turpibus loquerentur ipse suppeditarem querelæ mate-
riam, scil. Ferè ita fieri, ut in qua gente vitia certa in crebuerè, mores jam vocentur: nec in veniam modo veniant sed laudem. & *C. Memmianus apud Salust. in jugurth. c. 31. dolet;* scelera quanquam gravia, consuetudine tamen pro nihilo haberi; quod diuturnitati temporis ascribere videtur *Bodinus lib. 1. de Rep. c. 10. n. 170. quando dicit:* Temporis diuturnitas efficere potest, ut quod pernicioso more & exemplo inveteravit, potentius ipsa lege dominetur. *Vide l. 2. C. qua sit long. consuet.*

19. *Atqui uti hæc relaxationes non sunt vitia in se, licet fieri ex accidente posse fatendum; ita quia communiores & usitatioris hodie aliquo- modo, quàm proximo fuerint seculo, non tamen adeò planè tollenda, dummodo principalioribus non officiant institutis, forsan seculi hæc erit natura, (nam singula penè secula suum habent genium, qui mortalium animos in certa studia inflectere solet. Euphorm. in Icon. anim. c. 2. p. m. 38, imò ipsam loci naturam commutat tem-*

B 2

pus,